domini ſabaoth, qui dedit in rapinam gentium. Itaque qui uineam ſuam diri
pi fecit, hic etiam ficum iuſſit excidi. Apta autem ſynagogæ arboris
iſtius conparatio eſt, quia ſicut iſta arbor foliis redundans fluentibus ſpem
poſſeſſoris ſui caſſa ſperatorum prouentuum exſpectatione deſtituit,
ita etiam in ſynagoga dum doctores eius operibus infecundi, uerbis tamen ue
lut foliis redundantibus gloriantur, inanis umbra legis exuberat.
Spes autem falſi ſpectata prouentus, ipſi uota credentis illudit. Eſt
etiam innata arboris, quo magis credas ſynagogæ ſpeciem conparatio
ne huius expreſſam. Licet enim ſi diligenter intuearis, diſcretam ab uſu arborum
ceterarum conſuetudinem naturæ huius inuenies. Itaque aliæ florem ferunt
ante quam fructum, pomaque uentura prænuntio ſui flore deſignant,
hæc ſola ab initio germinat poma pro floribus. In aliis flos diſcu
titur et poma naſcuntur, in hac poma decidunt, ut poma ſuccedant.
Ergo poma illa caſſa fructuum uice flores emergunt, ita præcoqua quæ
danaſcendi uſu quæ ordinem naturæ neſciunt, beneficium naturæ ſer
uare non poſſunt. Et enim quaſi e medio trudere de corti
ce gem ma conſueuit, ea minutiſſima quoque huius ge
neris poma prorumpunt. De quibus legimus in
canti cis canticorum: ficus produxit groſſus ſuos.
Itaque ce teris albentibus primo uere uirgultis ſo
la ficus propter neſcit flore caneſcere, eo fortaſſe quod nullus iſtius
maturior ſit uſu in pomis. Itaque ſuccedentibus aliis hæc quaſi dege
nerantia reſpuuntur, et arenti infirma radice renouatis quibus ſit
ſucus utilior excurrunt. Manent tamen aliqua perrara nec decidunt
quibus hic prouentus arriſerit, ut de medio duarum uirgarum clauicu
lo breui erumpente promergant, quæ geminis tecta præſidiis tamquam
naturæ parentis gremio ſuci fotu plenioris inoleſcant. Illa cle
mentioris auræ prouocata temperie et placidioribus adultiora tem
poribus uel ſiluestre animum ſuci poris exuerint, ſpeciem ceteris et
maturitatis gratiam præferunt. Specta nunc cultus et animos iudæorum.

p̄coco